

ba Psalmi 63. Effunde iram tuam in gentes, quæ non nocent, & in regna, quæ nomen tuum non invocaverunt.

1772 Nivizæ, nempe Amen, Amen, fiat, fiat; & in hac spe bibunt ultimò calicem vini, adherentes, ut antea, vno pulvinari, & surgentes à cœna, dormitum vadunt. His cæremoniis utuntur Judæi in vigilia Paschæ, dum incipiunt panes azymos, & agnum Paschalem manducare, ut latius narrat Justus Mauræus, olim Rabbini, in citato opere Via della Fede part. 2. cap. 30.

Ex his duo colliguntur, Unum quòd sicut hodie, ita antiquo tempore solum fuit apud Hebræos plures facere benedictiones in Mensa, præcipue in solemnitatibus, & in cœna Agni Paschalis; quæ benedictiones consistebant vel in recitatione Psalmorum, vel aliarum orationum, quibus laudabant Divinam Majestatem: & hinc sequitur, Redemptorem nostrum in institutione Venerabilis Sacramenti sui Corporis, & Sanguinis, gratias egisse suo Aeterno Patri, & benedixisse Panem, & Vino confecrando per recitationem aut Psalmorum, aut aliarum orationum, antequam de veniret ad consecrationem; non autem per signum Crucis, ut voluit Salmeron 10. 9. trad. 12. & Barradas in Eoang. tom. 4. lib. 1. cap. 2. column. 6. Siquidem signum Crucis; quo nos oblata benedicimus, est institutum ab Ecclesia ad significandam prægnationem Passionis Christi factam in cœna, ut docet Sanctus Thomas 3. part. quæst. 83. art. 1. ad 3. & observat Emin. Card. Capisucchius d. Controv. De Benedic. Eucharistica §. 1. Vers. Deinde. Alterum est, in cœna Agni Paschalis esse, & fuisse solitus Hebræos addidit plures calices ad bibendum: ex hoc autem reddidit verisimile, non unum tantum calicem fuisse consecratum à Christo in eadem cœna, & sic plures in diversis Orbis partibus Calices venerari, ut diximus supra ad secundum Calicem Mensæ Martii ex Hierolex. Macri in Verb. Calix column. 5. Barrad. d. tom. 4. lib. 2. c. 11. Et ex Storeis Menochii cap. 28. & 29. Centur. 1.

Modò respondentes ad Quæsitum dixere, formam consecrationis Sanguinis Eucharistici esse illam, quæ habetur in Canone Missæ, videlicet: Hic est enim Calix Sanguinis mei; novi, & aeterni Testamenti: Mysterium fidei, qui pro Vobis, & pro multis effunditur in remissionem peccatorum.

Gravis autem difficultas est & celebris controversia inter Scholasticos, an omnia prædicta Verba sint de essentia formæ consecrationis Calicis? Et quidem tres sunt opiniones. Una est, formam consecrationis vini requirere omnia verba prædicta essentialiter; subindeque si aliquid ex illis prætermittatur, non fieri consecrationem Sanguinis. Ita ex S. Thomæ 3. part. quæst. 78. art. 3. & in 4. Sentent. dist. 8. quæst. 2. art. 2. & ex cap. Cum Martine. De Celebrat. Missæ. tenent Thomistæ plurimi, quoscitat, & sequitur Emin. Card. Capisucchius Controversia sexta, de Forma Consecrat. Vini Euchar. in vigini §. 9. quem etiam laudat Gonet. dist. tom. 5. De Eucharist. dist. 7. art. 2.

Secunda opinio docet, de essentia formæ esse illa verba, Hic est Calix Sanguinis mei, vel æquivalentia Hic est Sanguis meus: cætera verò esse de integritate formæ; sicut in homine natus, aures, digitus sunt de integritate, non autem de essentia hominis, & secundum gravissimos Theologos in Sacramento Præsentis satisfactio censetur pars integralis, non autem essentialis. Ita Cajetan. Sotus, Nugnus, & alii citati ab eodem Goneto d. art. 2. num. 14. & novissimè Agudius de Sacram. Eucharist. part. 4. cap. 3. punct. 2. num. 7. 8. & 9.

Tertia opinio defendit, sola illa Verba, Hic est Calix Sanguinis mei; seu Hic est Sanguis meus esse de essentia consecrationis Calicis; alia verò sequentia esse tantum de præcepto Ecclesiæ, & ad ma-

jorem explicationem effectus Sanguinis Christi. Ita Suarez, Vasquez, Emin. Card. de Lugo, Becanus, Meratius, ex modernis; Aleñsis autem, Scotus, & S. Bonaventura ex antiquis, ut probat Matrini in 4. Sentent. dist. 3. q. 7. art. 1. Et in Theol. Moral. dist. 18. num. 30. & 31. ubi hanc esse communem sententiam, ea ratione, quia illa sola verba sunt de essentia consecrationis Calicis, quæ sufficienter significant præsentiam Sanguinis Christi sub speciebus vini. Sed hæc tantum Verba, Hic est Calix Sanguinis mei; sive, Hic est Sanguis meus, id sufficienter significant. Ergo ipsa sola sunt de essentia. Item quia non sunt minoris efficacitæ verba prædicta in consecratione Calicis, quam illa, Hoc est Corpus meum in consecratione Panis. Ergo sicut hæc sufficienter ad Conversionem Panis in Corpus Christi; ita & illa ad conversionem Vini in Sanguinem. Et hæc opinio retenta, duo sunt breviter notanda. Unum, quod dicitur in canone Missæ, Hic est enim Calix Sanguinis mei Methonymicè, id est per figuram Methonymiam, quæ accipit continens pro contento; eodem modo, quo nos dicimus ad amicum bibere hunc calicem vini; videlicet hoc vinum, quod est in calice. Uter autem Ecclesia hoc nomine Calicis in consecratione Sanguinis ad melius significandum, eum esse potabilem; nam aliàs de sui natura Sanguis non est idoneus potui. Alterum est, cætera verba in forma consecrationis Calicis apposta tres præcipuos effectus Sanguinis Christi explicare, Primum, adeptionem vitæ æternæ, quam veluti hæreditatem per Christi Sanguinem, tanquam testamentum, morte ejus sancitum expectamus. Ideò dicitur Novi, & aeterni Testamenti; nam vetus promittebat bona temporalia; novum autem æterna. Secundum, Fidei Christianæ professionem, quam præcipue in hoc Sacramento exerceamus, & sic ponitur Mysterium Fidei. Tertium remissionem peccatorum, siquidem amatissimus Redemptor dilexit nos, & lavit nos à peccatis nostris in Sanguine suo; unde subiungitur in consecratione Calicis, Qui pro vobis, & pro multis effunditur in remissionem peccatorum; legatur Gobat. in Theol. Experim. trad. 77. & Agudius d. part. 4. cap. 3. punct. 2. à num. 11. & seqq.

DECISIONIS XVIII.

Ad Aprilis primum Casum.

ARGUMENTUM.

Disputatur, an Confessarius Monialium possit ingredi Clausuram pro frequente Communione Monialis laborantis febre non mortali? Declaratur, quid sit Clausura Monasteriorum tum materialis, tum formalis? Agitur de ejus antiquitate, & ultima rigorosa firmitate. Discutitur, quando liceat Monialibus egredi de Clausura? Quando Viris eam ingredi? Quando accedere ad colloquendum cum Monialibus? Quæ pœnæ sint statutæ contra transgressores in istdem Casibus? Præcipue contra Regulares. Et resolvitur casus propositus affirmativè.

SUMMARIUM.

- 1 Clausura alia materialis, alia formalis.
- 2 Clausura Monialium est de Jure Ecclesiastico.
- 3 Clausura Monialium antiquissima. Etiam in lege Mosaicæ.
- 4 Clausura Virginum Deo dicatarum etiam in lege nature.
- 5 Monasteria Monialium in principio Ecclesiæ.
- 6 Clausura Monialium erat de præcepto etiam antiquis temporibus.
- 7 Bonifacius Papa VIII. indixit legem generalem Clausuræ perpetuæ Monialibus.

§ Ex-

- 8 Excommunicatio ipso factò incurritur ingrediendo Clausuram Monialium sine licentia ex Concilio Trid.
- 9 Cause tres, quibus Moniales à Clausura possunt exire.
- 10 Excommunicatio late sententia, & reservata Papæ contra Moniales à Clausura exeuntes.
- 11 Clausura Monialium ingressus prohibitus à Gregorio XIII. & Paulo V.
- 12 Episcopi habent jurisdictionem in Regulares circa Clausuram Monialium.
- 13 Canonice in Germania non sunt adstrictæ perpetuæ Clausuræ.
- 14 Dimissæ in Italia non habent legem Clausuræ.
- 15 Moniales omnes professæ tenentur stare in Clausura perpetua.
- 16 Alluvio, & bellum sunt cause licite Monialibus exeundi à Clausura.
- 17 Clausuram egrediendi non sufficit causa particularis, sed universalis Monialium.
- 18 Monialis etiam cum legitima causa non exit à Clausura absque licentia Sac. Congreg.
- 19 Converse Moniales an possunt exire de Clausura ad querendas elemosinas?
- 20 Parvitas materia an detur circa egressum, vel ingressum Clausuræ?
- 21 Moniales violantes Clausuram quas pœnas incurrant?
- 22 Monialis in casu occulto violationis Clausuræ potest absolvi ab Episcopo. Secus in egressu notorio. num. 23. nisi periculum aliquod esset in mora num. 24.
- 23 Novitia, vel puellæ egredientes de Clausura non incurunt excommunicationem Papalem, sed pœnas impositas ab Episcopo.
- 24 Clausura Monialium utilis, & necessitas ex moribus etiam Gentilium.
- 25 Clausura Monialium pro ingressu requiritur causa boni communis, vel particularis earum; vel aliquando exterorum pro arbitrio Episcopi.
- 26 Clausura Monialium pro ingressu aliquando sufficit licentia oratorum data.
- 27 Clausuram Monialium ingrediens absque justa causa, & absque licentia quas pœnas incurrit?
- 28 Casus septem à quibus absolvi non possunt Regulares esse privilegiati, ex Decreto Clementis Papæ VIII.
- 29 Clausuram Monialium Superiores ingrediens absque causa quas pœnas incurrit?
- 30 Pueros in Clausuram Moniales recipientes sunt excommunicate.
- 31 Licentia alloquendi Moniales danda est ab Episcopo.
- 32 Regulares ut coarcentur ab Episcopo circa accessum ad Monasteria Monialium quinque jura attendenda.
- 33 Regulares non possunt celebrare Missam in Ecclesiis Monialium absque licentia Episcopi.
- 34 Confessarius potest ingredi Clausuram, quotiescumque Monialis infra petiit Sacramenta.
- 35 Confessarius potest in Clausura assistere Moniali moribunde.
- 36 Confessarius Monialium plura decreta Sac. Congreg. concernentia.
- 37 Vicarius Episcopi non debet esse Confessarius Monialium.
- 38 Regulares non possunt esse Confessarii Ordinarii Monialium.

PRIMUS CASUS.

Quotidiana, sed non mortali febre Monialis laborans; cupit singulis festivi diebus, prout consuevit sane facere, Eucharistiam sumere de Sacramento Eucharistie.

re. Queritur, an Confessarius possit Clausuram ingredi ad has frequentes communionis exhibendas? Pro hujus casus canonica resolutione quatuor sunt theorematà notanda.

Primum est. Quòd Clausura sumitur vel materialiter tantum, & significat locum clausum, à quo aliquibus exire, vel in quem ingredi non licet. 1. 3. §. Subvenitur, ff. ad Senat. Consult. Syllan. & sic intelligitur Gynæceum, Claustrum, aut Monasterium muris, & januis septum, in quo habitant Moniales. Giballin. de Clausura Regular. disquisit. 1. in princ. vel Clausura sumitur formaliter, & est lex prohibens tria, scilicet, egressum de Monasterio, ingressum in illud, & accessum ad Crates, seu Janas ad colloquendum cum Monialibus, Giballin. ibidem & Bonacina de Clausur. Monial. quæst. 2. punct. 1. & 2. quæ quidem lex est de solo Jure Ecclesiastico. Azor. part. 1. lib. 13. cap. 8. quæst. 2. Sanchez lib. 6. in Decalog. cap. 15. num. 3. & Alescan. Tamburin. de Jure Abbatissar. dist. 18. quæst. 3. rejecta opinione asserentium esse de Jure Divino ob illa Verba Psalmi 26. 4. Unam petiit à Domino, hanc requiram, ut inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitæ mee.

Secundum Theorema est; antiquissimam esse Clausuram Monialium, & Virginum Deo consecratam; non solum quia fuit instituta ab initio Ecclesiæ, ut infra probavimus, sed quia originem trahit tum à lege Mosaicæ, in qua mulieres Deo dicatæ segregabantur à consortio hominum; ut de Anna Prophetissa filia Phanel, que non dicebat de templo jejunis, & obsecrationibus serviens nuda, ac die. Luc. 2. 36. de Virginitus commorantibus in exedris Templi, de quibus dicitur 2. Machab. 3. 19. Sed & Virgines, quæ conclusæ erant, procurrebant ad Oniam. De Juditha, quæ in superioribus domus sue fecerat sibi secretum cubiculum, in quo cum puillis suis clausa morabatur. Judith. 8. 5. & de mulieribus, quæ stabant ante portam Templi, quas fuisse Deo dicatas, ostendit Canisius lib. 1. de Maria Deip. cap. 12. & observat Sallian. in Annalib. ad Mundi Annum 4041. n. 3. & Card. Baronius in apparatu Annal. n. 50. & 51. Tum à lege nature, in qua Tithæa Uxor Noachi docuit nepotes, & puellas, à filiis suis statim post diluvium ortas, se Dei servitio mancipare, & in ejus cultum ignem sacrum inextinguendum custodire, quem postea Deus præcepit Moyfi Levit. 6. in suo tabernaculo semper ardere; unde ipsa Tithæa post mortem Esau vocata est; id est mater ignis; & ab eadem apud Gentiles, & Romanos nomen sumptum sunt Virgines Vestales, quæ servabant ignem perpetuum, & detonæ sub Clausura vivebant, ita ut neque Senatus ad eas accederet, ut eruditè Tholosan. in Synagm. Juris part. 2. lib. 15. cap. 17. & Serra de Synonim. in Verb. Vestales. Porro quidquid fuerit de his, certum est, quòd statim ab initio Ecclesiæ fuerunt in usu Monasteria Virginum Deo addictarum, quas salutari S. Ignatii Martyr. Epist. 10. 12. & 15. & de eis meminit S. Clemens Romanus apud Epiphani. heres. 30. Et testatur S. Ambrosius lib. 3. de Virginit. S. Hieronymus lib. 1. advers. Jovinian. & S. Augustinus epist. 109. Quibus quidem Virginitus indicta erat lex clausuræ, non quidem absoluta; quia aliquando ob urgentes causas poterant ex Monasterio exire. S. Antonin. in Summa 3. part. tit. 20. cap. 2. §. 3. Vers. Egressum autem Monialium; sed necessaria erat licentia Abbatissæ, & comitatus seniorum Monialium, ut ex pluribus Conciliorum, & Sanctorum Patrum Decretis, in primis Ecclesiæ sæculis emanatis, ostendit Giballin. de Clausura d. disquisit. prima, cap. 1. §. 2. redarguens Tamburinum de Jure Abbatissar. dist. 18. qu. 2. n. 3. & q. 3. n. 1. dicentem, Clausuram prædictis illis temporibus fuisse tantum de consilio, siquidem erat

§ Ex-

de precepto; adeo neque Monialibus liceret exire de Monasterio absque licentia cum argenti causa, ut diximus, neque viris permiffus esset ingressus in eam claustra, nisi pro causis necessariis, & cum licentia; & interdica foret etiam colluctio cum exteris, quamvis religiosis cap. Desiderium. cap. In nullo loco, & cap. Perniciosum 18. quest. 2. prater innumera Conciliaria Decreta, quae cumulantur a Giballino d. cap. 21. §. 2.

Tertium Theorema. Porro vel ob excendentem malitiam hominum, vel ob nimiam calamitatem temporum, cum Synodalia Decreta, & Pralatorum leges pro custodia Virginalis innocentiae non fuissent, Bonifacius Octavus Summus Pontifex prope finem Tertidecimi saeculi Sandionem universalem publicavit, de qua in cap. Periculoso. De statu Regular. in 6. per quam indixit omnibus, & quibuscumque Monialibus perpetuum Claustrum, ita ut istdem non liceret amplius e Monasteriis egredi, nisi ex causa morbi contagiosi; neque ad eandem Curia ingressus, vel accessus, nisi ex rationabili causa, & cum licentia Superiorum; quam Sandionem confirmavit Concilium Tridentinum sess. 25. de Regular. cap. 5. addita poena excommunicationis ipsa facto incurrendae contra ingredientes septa Monasterii sine licentia in scriptis, pro cujus Conciliaris Decreti executione Sanctus Pius V. fecit Bullam incipient. Circa Pastoralis. Anno 1566. cuius admodum 1570. quae incipit, Decori, & Honestati: in qua declaravit, causas liciti egressus e Monasterio pro Monialibus cum Superiorum licentia esse debere, Magnam incendium, infirmitatem leprose, aut epidemice, praeter quas causas prohibuit egressum earumdem sub poena excommunicationis latae sententiae Summo Pontifici reservatae, tam ipsis Monialibus exuentibus, quam licentiam dantibus, comitantibus, & recipientibus, necnon privationis dignitatum, & officiorum contra Superiores praedictum exitum permitentes. Et ad impediendum ingressum personis laicis in Monasteria Monialium emanarunt Constitutiones aliae, videlicet Gregorii XIII. la 18.

Pauli V. la 74. quae revocare quascumque licentias quibuscumque personis a Sede Apostolica elargitas ingrediendi Monasteria Monialium: & quia non est possibile eas non concedere Reginis, Ducibus, & aliis Matronis excellentibus, Urbanus VIII. per aliam suam Constitutionem la 29. declaravit, concessas eis non suffragari, nisi consensus Monialium accedat capitulaticer, & per secreta vota de earumdem ingressu admittendo. Et quia propter exemptionem Vitorum Regularium, & Monialium, sub eorum gubernio viventium, plures exortae erant controversiae cum Episcopis locorum Ordinariis, prodiit Constitutio Gregorii XV. anno 1622. quae incipit Insuperabilis &c. in qua Episcopis delegata est facultas super illis Regularibus, & Monialibus in iis, quae concernunt animarum curam, & Sacramentorum administrationem, praedicationem Verbi Dei, & Sandimonialium Monasteria, prout ex tenore eisdem Bullae, & ex resolutionibus dubiorum super ipsa per Sacram Congregationem factis, & ab Urbano VIII. approbatis, quam Constitutionem, & ad huc ponit Cherubin. in Bullario pag. 296. 297. quest. 2. & 3. Barbosa post tractatum De offic. & potest. Episc. in Constitutionibus Apostolicis la prima. Ex quibus omnibus sequitur.

Quartum Theorema. resolvens breviter infra scriptos non inveniendos casus de facili occurrentes in quam circa egressum Monialium e Claustra, circa accessum ad colloquendum cum Monialibus, praecipue pro personis Religiosis.

Quoad egressum. I. Omnibus Monialibus professis prohibitus est egressus e Claustra; sed Moniales non sunt, neque ad Claustrum tenentur Canonice in Germania, Flandria, & Lotharinga; de quibus Azor. tom. 1. lib. 13. cap. 9. Tamburin. de Jure Abbatissar. disp. 7. quest. 4. & Giballin. de Claustr. Monial. disquis. 1. cap. 3. num. 9. quibus similes sunt plurae, religiosaeque Virgines, Dimissae vocatae, quae in Congregatione vivunt hic Patavii, Vicentiae, & Thienis, sub certis Constitutionibus ab Augustino Cardinali, Valerio Episcopo Veronen., & Visitatore Apostolico, anno 1584. approbatis. Et de quibus agunt Menoch. consil. 948. Pignatell. tom. 2. conf. 65. a num. 9. & segg. & Card. de Luca De Jurisd. disc. 45. II. Si Monialis profiteretur animo non se obligandi ad Claustrum, quamvis irritam ejus professionem dicant DD. apud Tamburin. disp. 18. de Jure Abbatissar. quest. 5. contrarium sentit Giballin. disquis. 1. cap. 4. num. 18. cum Bonacina de Claustr. quest. 2. num. 5. quia hoc obligatio non pendet a voluntate profitentis, sed a lege Ecclesiastica illam imperante, sicut castitatem in Subdiaconatu; quare, qui suscipit illum statum, obligatur legibus, quas Superior illi statui imposuit, nisi professio esset sub expressa conditione non servandi Claustrum, & quod aliis non valeret, tunc enim esset invalida ex defectu voluntatis. Giballin. ubi supra, & de Jure Canonico part. 1. lib. 4. De Involuntario. III. Quamvis Sanctus Pius V. in Bulla praedicta Decori, & Honestati expresserit tres causas liciti egressus e Claustra; scilicet Magnam incendium, Morbum leprose, & Epidemice: quas flare taxative, ita ut alias conformes non liceat admittere, dicant Azor. tom. 1. lib. 13. cap. 8. quest. 1. ad fin. Barbosa allegat. 102. num. 16. cum aliis citatis a Giballin. disquis. 1. cap. 6. num. 33. contrarium tamen, & quod exemplificative locutus sit Sanctus Pius V. docent Sanchez in Decalog. lib. 6. cap. 15. num. 37. Novarius in Summ. Bull. part. 1. Comm. 41. num. 14. Ventriglia tom. 1. Annot. 5. §. 2. num. 25. & Zacchias in Quest. Medicoleg. lib. 3. tit. 3. quest. 6. num. 10. necnon in Consil. 64. cum aliis, quibus adhæret ipse Giballin. d. num. 33. qui num. 52. adjungit etiam allusionem luminis, vel procellam, aut favens bellum, ex quibus immineret ruina Monasterii, vel direptio Monialium. Quod si talis esset morbus alicujus Monialis, in intra Monasterium sanari non posset, sed equidem extra ipsum, disputant hinc inde DD. an teneretur servare Claustrum: nam lex Ecclesiastica non obligat cum periculo vitae. Tamburin. de Jure Abbatissar. disp. 20. quest. 3. Riccius in Praxi 4. part. resolut. 194. num. 3. Contrarium tamen tenet Zerola part. 17. 2. Verb. Moniales ad fin. & alii citati per Ventrigliam disquis. tom. 1. Annot. 5. §. 2. num. 37. Ea ratione, quia ad egrediendum, requiritur causa respiciens bonum totius Communitatis, non unius Monialis particularis tantum; ideoque, citatis pro utraque opinione Auctoribus, esse casum dubium desinit Giballin. d. disquis. 1. cap. 6. num. 45. & 46. ad quem remitto curiosum. IV. At communi calculo DD. non sunt legitime causae pro egressu Phibis, Rabies, Lues Venerea, Hydrophobia, Variole, Disenteria, & si popularis, (qualis fuit Viennae ann. 1683. obfessa e Turcis) neque febres malignae cum lentaculis, puncticulis, seu periculis, vulgo Pettechie, Scrophule, seu Strumae; & consimiles morbi. Giballin. d. c. 6. n. 35. & segg. qui tamen si pestilentiales forent, petenda esset licentia a S. Congregat. prout quando ageretur de puniendi Monialium contumacia, quae in eodem Monasterio ob adhaerentes, vel factiones puniri non posset, vel si vellet Monialis transire ad strictiorem Regulam; seu ad fundandum, vel reformandum aliquod aliud Monasterium, ut e rudite demonstrat idem Giballin. d. c. 6. usque ad n. 58. Antonell. de Regim. milit. Eccl. lib. 7. c. 7. per totum.

totum. Novarius in Summa Bullarum par. 2. Comment. 37. num. 11. Et pro licentia exeundi Moniales e Monasterio requiritur licentia Sedis Apostolicae, & non sufficere concessionem Episcopi, dicit etiam Ventriglia d. tom. 1. Annot. 5. P. 2. num. 19. Nisi temporis angustia aliud fudeat. Molfes ad Conser. Neapol. part. 1. cap. 5. n. 32. tom. 1. & Ventrigl. ibid. V. Sed utrum Claustrum sit mittere Moniales Conversas extra Claustrum ad quaerendum elemosynas per Civitatem, & Dioecelsum? Discordes, & obscuro valde sunt DD. in resolvendo: alii enim asserunt, alii negant, ut videre est apud Hyacinth. Donatum Reg. Regular. tom. 4. tract. 3. quest. 18. Caeterum videtur deferendum consuetudini; qua extante, servandae sunt conditiones istae, quod scilicet Conversae ipsae sint quadragenariae, probatae vitae, binae inceant, non pernoctent extra Monasterium, & exeant de Episcopi licentia; & quamvis sanctum esset hanc consuetudinem omnino tollere, ad evitanda scandala; adhuc tolerari in aliquo loco colligitur ex Nicolio in Floscul. Verb. Converteris n. 8. ubi Decretum Sac. Congregationis. VI. Non dari parvitatem materiae excusantem a peccato mortali, & a censuris in egressu e Claustra (idem in ingressu) est tutior opinio, quam tuerentur DD. citati a Donato d. tom. 4. tract. 4. quest. 24. & 25. contra Graffium, Naldum, & Pellizzarium de Monialib. cap. 5. sect. 1. q. 11. num. 19. a quibus caveant Confessarii; nam Claustra consistit in indivisibili, ut ait Pignatell. tom. 6. Consult. 85. n. 275. Neque obstat, quod parvitas materiae excuset a mortali, quod est basis, & fundamentum excommunicationis; quia, ut respondet Donatus d. quest. 25. num. 3. violatio Claustrae non attenditur ex parte loci, seu spatii localis, in quo cadit parvitas materiae; sed ex transgressione legis Claustrae, quae est mortalis, five fiat ad duos pedes, five ad centum passus. Concedunt tamen omnes, quod si Monialis toto corpore non exeat e limine Claustrae, sed extendendo tantum brachia, vel pedem, non erit Claustrum violata, quia actus non est completus, Donatus disquis. quest. 25. Giballin. ubi supra disquis. 1. cap. 2. §. 17. n. 33. & Sanchez lib. 6. cap. 16. num. 70. in Decalog. VII. Tandem poena inflictae contra Moniales violantes Claustrum per egressum, praeter peccatum mortale ex cap. Periculoso. De statu Regular. in 6. & ex Concilio Trid. sess. 25. de Regular. cap. 5. ut advertit Donatus d. tom. 4. tract. 3. q. 14. sunt etiam excommunicatio latae sententiae Summo Pontifici reservata; necnon privatio dignitatum, & officiorum tam circa ipsas Moniales, quam eas in dicto egressu coadjuvantes, ut habetur in Bulla Piana incipient. Decori la 8., de qua late tractant Sanchez in Decal. lib. 6. cap. 15. a n. 63. Barbosa in d. cap. 1. de statu Regular. in 6. Ventriglia d. tom. 1. Annot. 5. §. 1. n. 49. & Donatus d. tom. 4. tract. 4. quest. 8. ubi docent; si violatio Claustrae per egressum Monialis esset occulta, posse obtineri ab Episcopo facultatem eam absolviendi ab excommunicatione in foro Sacramentali per Concil. Trid. sess. 24. cap. 6. de reform. quod admittit etiam Bonacina de Censur. disp. 1. quest. 22. punct. 2. num. 2. & de Claustra quest. 1. punct. 5. n. 2., & Thelaurus de Penit. Ecclesiastic. part. 2. Verb. Claustrum violans cap. 8. Verf. Absolvere. Sed an possit Episcopus etiam dispensare in aliis poenis, de quibus supra? Discordant Doctores; affirmat enim Donatus d. quest. 8. n. 8. & 9. ubi respondet contrariis; at negat Sanctarell. de Haresi cap. 5. dub. 1. & Ventriglia d. Annot. 5. §. 1. num. 50. Et quoad concomitantes, vel alios complices Moniales, injuste egressas e Claustra, nulla poena hi afficerentur, neque censura, si bono fine id agerent ad eas custodiendas, vel reducendas; aut a majori scandalo praerovandas. Bonacin. de Claustra q. 1. punct. 4. 23. Donatus d. quest. 8. n. 13. Quod si egressus Monia-

lis esset notorius, non excusaretur a petenda absolutione ab Apostolica Sede ob sexus fragilitatem, vel corporis debilitatem, seu perpetuae subjectionis impedimentum ex cap. De caetero. cap. Mulieres, cap. Ea noscitur, & cap. de Monialibus. Desentent. Excommunic. ut bene Donatus disquis. 8. num. 4. & 5. qui tamen excipit, si periculum aliquod esset in mora, tunc enim posset Episcopus impendere beneficium absolutionis, recepta cautione de parendo mandatis Apostolicae Sedis juxta Glossam in d. cap. Mulieres, Verb. Laborem; & Thelaurum de Penit. p. 1. c. 24. Porro si Monialis Novitia, mutata voluntate, exiret absque licentia e Monasterio, & ab Amasio reciperetur, neuter esset excommunicatus, quia Bulla Piana loquitur de Professis. Ita Giballin. de Claustr. disquis. 1. cap. 8. num. 4. in fine. & Pellizzar. de Monialib. cap. 5. n. 187. qui intelligendi sunt de excommunicatione Papali, secus de imposta per Episcopum volentem, ut (ut hic Patavii) Novitias, & Puellas educandas in Monasteriis teneri ad poenas violatae Claustrae: si enim absque licentia exirent, essent excommunicatae; Nam, quod Educandae, & aliae mulieres degentes in Monasteriis Monialium de Superiorum licentia teneantur legi Claustrae, est una ex praecipuis conditionibus, quae ponuntur pro eam ingressu, ut ex Decretis Sac. Congr. apud Quarantum Verb. Monasteria Monialium pag. 449. Barb. de Verb. Ecclesiastic. lib. 1. cap. 44. n. 51. Nicolium in Floscul. Verb. Claustra, n. 10. & 11. & Pignatell. tom. 8. Consult. 47. num. 37. 44. & 45. Igitur si legi Claustrae sunt adstrictae, violantes eandem legem, incurrunr Censuras ab Episcopo inflidas, pro Claustra servanda. I. Non dubium 5. C. De legibus. Et ita videntur concordandi Georg. Polaccus par. 2. Vacat. Epidem. cap. 2. n. 5. & Tamburin. de Jure Abbatissar. disp. 2. quest. 2. n. 14. docentes, supra dictas puellas egredientes absque licentia e Monasterio incurere excommunicationem.

Et ne alicui Sanctimonialis displiceat status perpetuae Claustrae in Monasterio, non inuile erit, eam docere utilitatem, & necessitatem non exeundi, quam etiam antiqui Romani agnovissent, apud quas Virgines Vestales, tonsis capillis, in Claustra vivebant, ut ex Plinio lib. 16. Hist. nat. cap. 44. notat Tholofan. in Syntagm. Jur. lib. 16. cap. 1. n. 17. Sinenfes puellis infantibus tam stridit facies, & linteolis pedes alligant, ut vix ambulare in adulta valeant aetate, ne extra domus, in quibus semper reconditae manent, possint de facili exire, ut ex Observat. Hier. Brusonii ad Boter. p. 1. de Morib. Sinenfium. Immo Turcarum feminae abstinent a conspectu vitorum, & non nisi velatae, & cooperatae per viam incedunt, teste Gabriele Bremond. in Itinerib. per Aegyptum lib. 3. c. 5. nam mulieribus cursitare periculosum, ut de Dina Gen. 34. 2. & de Sara Gen. 20. 2. Hinc Menander apud Stobaeum canit: Intus manere mulierem oportet bonam, egredientes autem foras nullius pretii sunt. Et Alciatus in Emblemate testudinis sub Venereis pede.

Alma Venus quae nam haec facies? quid denotat illa Testudo, molli quam pede Diva premis? Me sic effinxit Phidias, sexumque referri Faemineum nostra iussi ab effigie. Quod remanero domi, & tacitas docet esse puellas, Sippois pedibus talia signa meis. Quo vero ad violationem Claustrae per ingressum, ut ille sit licitus, requiritur iusta, & gravis causa concernens vel bonum commune Monasterii, & sic intrant bajuli, vectores curruum, & alii, de quibus Gloss. in cit. cap. 1. de statu Regular. in 6. vel bonum particulare alicujus Monialis, cuius respectu ingrediuntur Confessarius, Medicus, Chirurgus, si fit infirma, & aliquando ancillae, & mulieres laicae.

laicæ, quæ ministeris vilioribus, & operosioribus inferviant; aut moniali morbo periculoso affectæ assistant; ut pluries vidi servari hic Patavii, ad tradita per Barbol. allegat. 102. n. 60. Bonaciam quæst. 3. de Clausura punct. 4. n. 10. Crispinum in Vistat. Pastor. p. 2. §. 42. n. 99. vel bonum exterorum; idcirco datur ingressus puellis educandis, vel mulieribus ob abiectionem, vel discordiam maritorum; seu ad res pretiosas custodiæ causa in claustris sanctimonialium vehendas, & circa iustitiam, & gravitatem causæ pollet arbitrium Episcopi, ut differunt Giballin. de Claus. disp. 1. cap. 7. §. 1. Tamburin. de Jure Abbasfar. disp. 24. quæst. 1. & Donatus d. tom. 4. traç. 5. quæst. 19. Ultra iustam, & gravem causam requiritur licentia superioris in scriptis; etsi in pluribus casibus consuetudo faciat sufficere etiam licentiam sine scriptis; videlicet pro personis cognitis, & res necessarias in Monasterio exequuturis, ut docent Miranda de Monial. quæst. 3. art. 2. Homobon. p. 2. de Cosib. refer. cas. 5. Bellocch. Theol. Mor. quæst. 2. n. 162. Bordonus Var. resol. tom. 3. par. 2. resol. 76. n. 79. & Diana part. 3. traç. 2. resol. 129. qui contra-rium docentes allegat, sed non sequitur.

Penæ de Jure inflicta contra ingredientes Monasteria Monialium absque legitima licentia, & iusta causa, est excommunicatio lata sententiæ, nulli tamen reservata ex Concilio Trid. cap. 5. sess. 25. de Regularib. Sed quia Greg. XIII. in Bulla Ubi gratie. Et Paulus V. in Bulla Monialium status, servent excommunicationem Sedi Apostolicæ reservatam contra ingredientes prætextu licentiarum, ab eadem Sede prius obtenturam, pugnant acriter inter se Moralitæ, quærentes an hæc excommunicatio reservata extendatur etiam ad ingredientes absque dicto prætextu licentiarum? Utriusque opinionis assertores cumulat Donatus de Regularib. d. tom. 4. traç. 5. quæst. 1. & quæst. 2. ubi refert rationes hinc inde, & adhæret affirmantibus, quia talis censetur stylus Curie Romanæ, & usus totius Italie; contra quem assertum stylum recalcitrare pluribus argumentis Campani. in divers. Jur. Can. rubr. 11. cap. 16. n. 24. tetatur Ventriglia d. tom. 1. Annot. 5. §. 1. num. 34. Sed rumor Campanilis videtur spernendus, & tenendam extensionem, quia pluries declaravit Sacra Congregatio Episcoporum, & Regularium, ingredientes Monasteria Monialium, non ex prætextu licentiarum, sed ex propria voluntate, incurrere excommunicationem Papæ reservatam, ut legitur apud Pignatellum tom. 6. consult. 85. numer. 251. & 252. Quod multo magis concedunt omnes, si ingressus foret ad malum finem; juxta Decretum S. Congreg. ejusdem, jussu Clementis VIII. editum die 9. Januarii 1601. in quo declaravit, Casus non absolvendos à Regularibus privilegiatis esse. 1. Contentos in Bulla Cænæ Domini. 2. Reservatos per Ordinarios locorum. 3. Violationem Immunitatis Ecclesiasticæ. 4. Duellum. 5. Manus violentas in Clericos. 6. Simoniam realem, necnon confidentialem in beneficiis. Et 7. Ingressum in Clausuram Monialium ob malum finem; quos casus, & Decretum inveniet Lector apud Pignatell. d. consult. 85. n. 165. & Donatum tom. 2. p. 3. traç. 11. quæst. 17. de Regularib. Et non solum ingredientes afficit prædicta excommunicatio reservata, sed etiam admittentes, & recipientes, sive prætextu licentiarum, sive non; prout sive sint Superiores, ut Priorissa, & Abbatisa, sive moniales private, aliaque personæ. Pilliuc. traç. 15. num. 119. & Ventriglia d. Annot. 5. à num. 37. & seqq. Quod si ingredientis sine causa sint ipsi Superiores, puta Episcopi, vel Prælati Regulares, hi ex alia Bulla Gregorii XIII. incipiunt. Dubiis, quæ emergunt, aliis pœnis afficiuntur, scilicet Episcopi pro prima vice ab ingressu Ecclesiæ; pro secunda, suspensione à divinis; pro tertia, excommunicatione. Prælati verò Regulares incurrunt

privationem omnium officiorum, ac excommunicationem, sed hæc excommunicatio non est reservata. Ventriglia ibid. num. 43. 44. 45. 46. ubi has pœnas, ait, non incurrere Vicarios Episcopi, tamquam in dicta Bulla non nominatos. Donatus d. tom. 4. traç. 5. quæst. 22. explicans quo comitato, cum Superioribus intrant ex iusta causa, intrare debent, & si deficiant in illo, quamvis peccent, non incurrere excommunicationem. Attamen hisce temporibus Prælati Regulares volentes visitare Clausuram Monialium sibi subiectarum, debent observare Bullam Alexandri VII. latam anno 1664. 19. Octobris incipiens. Felices Sacramentum Virginum; in Bullario tom. 6. la 153. videlicet, ingrediendo semel in anno Clausuram, & non ultra, nisi de Episcopi licentia. Non effugiunt autem Moniales excommunicationem recipientes in Clausuram pueros, etsi discretione annos non habentes, ut asseverant idem Donatus d. traç. 5. quæst. 11. Comitol. resp. Moral. lib. 6. quæst. 19. num. 6. & quæst. 22. Naldus V. Clausura num. 3. Et ita decisiim, contra Moralistas contrarium feribentes, à Sacra Congregatione referunt etiam Pignatell. d. tom. 6. consult. 85. n. 244. & Nicol. in Flosculis V. Clausura num. 29. quod attendant Confessarii Monialium. Demum pro ingressu licito in Clausuram Monialium subiectarum Regularibus non sufficit licentia Prælati Regularis Superioris eorundem, sed etiam requiritur licentia Episcopi ordinarii illius loci, ut notant Bordon. Var. resol. d. par. 2. resol. 76. num. 80. & 81. & Donatus d. tom. 4. traç. 5. quæst. 17. ubi de hac re plura Decreta refert Sacra Congregationis, & num. 12. adiungit Anno 1630. 21. Maji decisiim, Sanctissimo approbante, servandam esse consuetudinem, ubi viget, dandi prædictas licentias ab Episcopo, tantum, & privatè quoad Regulares; quod etiam habetur apud Barbofam de Jure Eccl. Univ. cap. 44. num. 107. in fine, & Decis. Apostol. collectan. 452. n. 14. & advertit Emin. Cardinalis de Luca in Annotation. ad S. C. Trid. discurs. 36. num. 6.

Ultimò, quoad violationem Clausuræ pro allocationem cum Monialibus, etiam si sint subiectæ Regularibus, spectat ad Episcopum coercere inobedientes, & dare licentias alloquendi; nam, ut ait prædictus Eminentiis. Cardin. de Luca d. disc. 36. n. 7. superintendere his allocationibus concernit custodiam Clausuræ, ac etiam missionibus Episcopolarum, his enim contrahuntur illi amores, ex quibus violatio Clausuræ resultat. Et cum non sit dubium de coercionem Episcopali Clerum sæcularem, & populum. S. Antonin. in Summa 3. p. tit. 20. c. 2. §. 3. Vers. Monasterium Monialium, etiam pro Monasteriis exemptis ex Conc. Trid. d. sess. 25. c. 5. de Regular. & ex Bulla S. Pii V. Circa Pastoralis. Zerola in Verb. Moniales ad 4. & ad 8. Quæst. Crispinum in Vistat. Pastoralis par. 2. §. 42. n. 70. latè Pignatellus d. tom. 6. consult. 85. à n. 1. & seqq. & præcipue à n. 17. ubi plurima Decreta, & Declarationes S. Congreg. & in puncto n. 5. ubi sic: Die 17. Junii 1605. In Januarii Sacra Congregatio censuit, accessum ad collocutoria, vel Rotas, vel alias Monasteriorum Monialium partes, esse materiam pertinentem ad Clausuram, & per consequens spectare ad Ordinarium etiam in Monasteriis subiectis Regularibus, qui ea ad libitum visitare possent. Tota inspectio reducit ad coercionem Regularium accedentium sine debita licentia Episcopi ad colloquendum cum Monialibus; contra quos quinque Jura sunt observanda. Primum est Decretum Sixti V. anno 1590. quo prohibuit Regularibus accessum ad collocutoria Monialium absque licentia S. Congregationis, ut legitur apud Quarantam in Summa Bull. Verb. Monasterium Monialium pag. 349. Pcyrinum tom. 2. in Consult. S. Pii V. Bonacin. de Clausur. quæst. 3. punct. 4. & Donatum d. tom. 4. de Regularib. traç. 6. quæst. 4. cujus trans-

gressio est peccatum mortale, ut omnes DD. scribunt. Secundum Jus est Bulla Gregorii XV. incipiens. Insuperabili; in qua ut diximus supra, mandat Episcopis; ut puniant Regulares delinquentes circa Clausuram Monialium; cujus Clausuræ appellandam venire accessum ad colloquendum cum ipsis Monialibus declaratum fuit in dubiis propositis ad dictam Constitutionem, quam ponunt per extensum Barbol. post traç. de Potest. Episcopi Const. Prima. Et Donatus de Regularib. tom. 1. part. 2. post traditum 13. de exempt. Religiosorum; ubi etiam ipsa dubia, cum declarationibus. Tertium Jus est Decretum sub Urbano VIII. publicatum anno 1623. quod legitur apud eundem Donatum tom. 4. d. traç. 6. quæst. 20. apud Novarium in Summ. Bull. part. 2. Comment. 40. n. 15. apud Nicolium Lucubr. Utriusque Juris tom. 2. lib. 3. tit. 1. sub n. 16. & apud Pignatell. d. tom. 6. consult. 85. num. 166. in quo conceditur facultas Ordinariis locorum dandi licentiam in scriptis, quater in anno, Regularibus colloquendi cum Monialibus suis consanguineis in primo, & secundo gradu, cum assistentia Confessarii, & auctoritatum, sed non in diebus festis, seu Vigiliis. Quartum, Jus est Decretum sub Clemente IX. anni 1669. imprefsum apud Pignatell. d. tom. 6. consult. 85. n. 35. in quo damnatur opinio Regularium affirmantium sibi licere sine peccato alloqui Moniales absque licentia ad quadrantem horæ cum dimidio; & decernitur, collocationem cum Monialibus non licere neque per modicum temporis spatium; & Regulares contrafactentes peccare mortaliter, & puniri posse ab Episcopis etiam per censuras. Et ne credatur præsentium temporum supra dicta Decreta nimis rigorosa, legantur illa antiquorum Conciliorum, colloquia cum Monialibus prohibentia, quæ referuntur à Giballino de Clausura disp. 1. cap. 1. §. 3. n. 10. & à Donato d. tom. 4. traç. 6. quæst. 2. Postremò Quintum Jus est responsum Sacra Congregationis, ad hæc quæstia: 1. An Regularibus missis ad crates Monialium, pro munere prædicationis obiendo prohibetur sit sub peccato mortali, censuris, & pœnis Episcopi immediatè post cum ipsis Monialibus, absque expressa licentia ad colloquendum, immiscere sermones cum questionibus, vel dubiis spiritualibus, aut materiis ipsius concionis? 2. An talis prohibitio intelligatur tam de Collocatione cum aliquibus Monialibus, quam cum una tantum (omnibus tamen aliis audientibus) immediatè post concionem. Die 21. Maii 1668. S. Congr. Emin. S. R. E. Card. Concilii Trident. Interpretum ad utrumque respondit, Affirmativè. Et hoc Decretum est imprefsum in Synodo Dioecesana Emin. Card. Caroli Barberiniani 1686. inter appendices in fine. Hinc non ignorandum; Regulares non posse celebrare Missam in Ecclesiis Monialium absque Episcopi licentia, ut eadem Sacra Congregatio declaravit die 9. Decembris 1651. apud Pignatell. d. tom. 6. consult. 85. num. 165.

His ad ornatum numeris audiendi Confessiones Monialium, & ad majorem Confessoriorum notitiam enucleatis, deveniendo ad resolutionem propositi Casus, fuit concorditer decisiim, posse Confessarium ingredi Clausuram singulis festivis diebus ad communicandam Monialem quotidianam febrî, etsi non mortali, laborantem, ut docent Sanchez in Decalog. tom. 2. lib. 6. cap. 16. num. 45. Quintanadven. in Singularib. traç. 4. sing. 3. Giballin. de Clausura disp. 1. cap. 7. n. 4. Joan. Sancius in select. disp. 22. n. 22. Pellizarius de Monial. cap. 10. n. 220. & 221. Novissimè Gobat. de Sacramentis traç. 4. n. 190. Et Biffus in Hierurgia tom. 1. Verb. Eucharistia, sub n. 18. §. 13. Ratione, & auctoritate firmatur hæc decisiio. Ratio est, quia si licitus est ingressus virorum pro corporalibus necessitatibus Monialium, quare debet esse prohibitio pro spiritualibus?

Intrat hortilio ad evellendas urticas, & purgandam à gramine humum; & non intrabit Sacerdos ad possidendam infirmæ Monialis conscientiam, Apostolo dicente ad Coloss. 39. Expoliantes vos veterem hominem cum adibus suis? Intrat cæmentarius ad dealbandum parietem; & non intrabit Confessarius ad purificandas animas immaculati Agni Sanguine, de quo scriptum est, Apoc. 7. 13. Et laverunt Stolas suas, & dealbaverunt eas in Sanguine Agni? Intrat pistor cum canistris panis, & non intrabit Mystra, ut ægotanti Religiosæ præstet Panem de Cælo, omne delectamentum in se habentem, & omnis saporis suavitatem. Sap. 16. 20. Intrat Medicus ad curandam febrem corporis, & ad curandas febres animæ, de quibus ait S. Ambrosius lib. 4. in cap. 4. Luca: febris nostra ambitio est, febris nostratracundia est, non intrabit Sacerdos, & cum eo divinus ille Medicus, qui de se dixit in Isa. 41. 1. Miste me ut maderet contritiis corde? Hinc supracitati Doctores concedunt posse Confessarium ingredi Clausuram ad confessionem infirmæ Monialis excipiendam, si commode ipsa descendere ad locum confessionum non valeat; & ad administrandam eisdem sacram Synaxim, non solum quando aliæ Moniales eam sumunt juxta Regulam, vel consuetudinem Monasterii, vel secundum quod erat solita communicare fe in sanitate; sed toties, quoties ipsa pollulat; siquidem, ut notat S. Antonin. in Summa 3. par. tit. 14. c. 12. in fin. Eucharistia dat robur in tribulatione; idcirco dicitur in Psal. 130. Et panis cor hominis confirmet, & valet ad tuitionem animæ, & corporis; & idcirco in Exod. 12. legitur, quod Angelus exterminator minime nocuit domibus illis, quæ erant linitæ Sanguine Agni.

Auctoritas autem desumitur ex Decretis Sacra Congregationis relatis per Nicolium Lucubrat. Utriusque Juris tom. 2. lib. 3. tit. 1. sub n. 9. & per Pignatell. d. tom. 6. consult. 85. nu. 232. & 233. ubi sic legitur: Cum S. D. N. Bulla cautum sit, ne quis Monasteria Monialium sine urgentibus necessitatibus ingrediatur: Queritur, An Sacerdotibus in Monasterium sepius introire liceat, ut iis Monialibus, quæ perpetuo, aut diuturno aliquo morbo laborant, Penitentia, & Eucharistia Sacramenta sepius administrant, licet alias, cum ægotare cœperunt, semel sacram Eucharistiam sumpserint? Sac. Congreg. Concilii die 18. Maii 1570. censuit licere. Item concedendus est ingressus eidem Confessorio ad assistendum morienti, ejusque animam Deo ritè commendandam; 37 tanta est enim necessitas existens in articulo mortis, ut ei nulla diligentia per esse possit. Sac. Cong. Episc. in Lucenti 29. Martii 1589. & 22. Dec. 1620. Et quoniam apud eundem Pignatell. d. tom. 6. consult. 85. n. 238. plura alia habentur Decreta concernentia personam Confessarii Monialium, ejusque officium, quæ alibi non ita passim reperuntur, non me piguit ea transcribere, & sunt sequentia: Confessarii Monialium, triennio elapso, non possunt amplius audire Confessiones in eodem Monasterio per aliud triennium absque licentia S. Congregationis, aliæ declarantur suspensi ab audientis Confessionibus. Eadem S. Congr. in Comensi 4. Martii 1591. in Ragulina 2. Octobr. 1626. & die 27. Martii 1647. ac alibi. Quod habet locum etiam in Confessorio Conservatorii Quellarum, vel aliarum quarumcumque mulierum. Eadem S. Congr. 18. Martii 1649. & in Lucenti 25. Junii 1655. cap. Indemnitatis 42. §. Supradicta siquidem, de Elect. in 6. Confessarii verò Dominicani, vel Cassinenses non possunt durare in hujusmodi officio audiendi Confessiones Monialium nisi per biennium ex eorum Constitutionibus. Ead. S. Cong. 17. Nov. 1645. & 8. Junii 1657. Generaliter verò ab Episcopis approbati non possunt, vigore illius generalis approbationis, confessiones Monialium audire, sed eorum speciali approbatione; & approbatus ad audiendas confessiones Monialium

39 nialium unius Monasterii, non potest audire confessiones Monialium alterius Monasterii. Extraordinarius toties approbatus debet, quoties deputatur, nec sufficit esse semel approbatus; nisi pro illis, quae obtinuerint Indultum Sacrae Penitentiarie eligendi ex approbatione pro Monialibus semel tantum. Vicarius Episcopi non potest esse Confessarius Monialium, quia Moniales de ipso non confitentur. S. Congreg. in Sorana 23. Julii 1587. in Mutinensi 3. Februarii 1597. Neque Parochus, seu Curatus, si exinde Cura notabiliter patetur. Ead. S. Congr. in Venetiarum 26. Julii 1594. in Parmensi 7. Martii 1652. in Taurinensi 2. Augusti ejusdem anni, & alibi passim. Neque minores Conventuales, quibus id prohibitum fuit a S. Pio V. Ead. S. Congreg. in Ortonen. 30. Junii 1599. & in Neapolitana 20. Martii 1621. Neque Observantes Provinciae Reformatae S. Antonii Lusitanie, quibus prohibitum fuit a S. Gregorio. sub die 7. Novembr. 1653. Et generaliter Regulares non solum non possunt esse Confessarii Ordinarii, sed neque Capellani Monialium Ordinarii sibi. Ead. in Sac. Congreg. in Patrisiensis 16. Maii 1653.

DECISIONIS XIX.

Ad Aprilis secundum Casum.

ARGUMENTUM.

Inquiri intra quot dierum spatium possit infirmus in periculo mortis iterum communicari per Viaticum; id est non Jejunus? Agitur de obligatione communicandi in articulo mortis. Et resolvitur praedictum infirmum, est non jejunum, posse communicari etiam quotidie.

SUMMARIUM.

- 1 Viaticum quod habeat significationes?
- 2 Viaticum per Antonomasiam significat SS. Eucharistiam.
- 3 Viaticum in articulo mortis an sit sumendum ex praepcepto Divino?
- 4 Eucharistia quoad sumptionem est de Praepcepto divino. Quoad tempus sumptionis est de praepcepto Ecclesiastico.
- 5 Eucharistia olim dabatur fidelibus, domi deferenda, ac detinenda. Et cur?
- 6 Communio in primitiva Ecclesia dabatur sanis in Missa. Extra Missam solis infirmis.
- 7 Jejunium naturale semper fuit necessarium ad Communionem.
- 8 Jejunium cur non attendatur in Communicandis per Viaticum?
- 9 Rubrica Missalis Romani habet vim legis.
- 10 Viaticum an sepulis dari possit infirmis non jejunis?
- 11 Viaticum etiam quotidie infirmo non jejunato potest ministrari.
- 12 Viaticum praebens Sacerdos debet dicere illa Verba: Accipe Viaticum &c.
- 13 Rubrica directiva an obliget sub praepcepto?

CASUS SECUNDUS.

Communicate Moniali per Viaticum, in periculo mortis diu perduranti; Queritur, intra quot dierum spatium possit iterum, atque iterum Viaticum dari.

PRO intelligentia tria sunt praemittenda. Primum est, quod Verbum Viaticum plures habet significationes; aliquando enim significat pecuniam necessariam pro itinere agendo. I. Eum quem, 79. ff. de Judiciis, vel pro trahenda mora extra patriam;

ideoque Scholare proficiente in alienam Civitatem studiorum causa, quicquid ei datur a Patre in cibariis, vel in pecunia ad se ibi sustentandum, dicitur Viaticum. I. Cum filius familiar. 1. ff. de Reb. creditis, vel etiam in viaticum. I. Si longus 18. ff. Si filius familias; et in fine. ff. de Judic. forsitan quia tenus est contributio paterna, quae juvenibus studentibus datur. Aliquando Viaticum significat Altare Portatile, quod deferunt Episcopi secum in itinere, ut commode possint in quocumque honesto loco super eo celebrare, vel facere celebrare Missam, juxta Privilegium sibi concessum a jure. cap. Quotiam, 12. de Privil. in 6. Sed per Antonomasiam Viaticum significat Sanctissimam Eucharistiam, quae datur constitutus in articulo mortis. cap. Qui recedunt. 26. qu. 6. cap. Quod in re. 11. de Penitent. & Remiss. Confert enim vires animae fidei ad iter agendum in aeternitatem, et ad actus diabolicos superandos; siquidem in transitu uniuscujusque Draco infernalis descendit ad tentandum, habens iram magnum, sciens quod modicum tempus habet. Apoc. 12. 12. Et quamvis SS. Basilus, & Gregorius Nazianzenus appellaverint Baptisimum Viaticum, eo quia nunc temporis pluri soliabant suscipere baptismum in extremo vitae constituti; & S. Cyprianus nominaverit elemosynam hoc vocabulo Viatici, ut eruditè notatur in Hierolexic. Macri, Verb. Viaticum; nihilominus antonomastice significatur Corpus Christi delatum iis, qui sunt proximi mortis; quod plene probat Macer ibidem subdens, quod olim illi communicabantur post susceptum Sacramentum extremæ Unctionis, & refert ex Surio exempla S. Guillelmi Archiepiscopi, & S. Stephani Regis.

Secundum Praemissum. Magna est controversia apud Theologos Scholasticos, An Viaticum sit sumendum in articulo mortis ex praepcepto Divino, vel tantummodo ex Praepcepto Ecclesiastico? Alii enim volunt esse Divinum Praepceptum de sumenda Sanctissima Eucharistia in articulo mortis: cum enim sit instituta ad conferendas vires pro vincendis tentationibus, sanè in articulo mortis ea opus esse nemo dubitat, cum ibi majores tentationes fiant. Ita ex SS. Patribus, & ex Soto, Victoria, & Paludano Gregorius de Valentia tom. 4. de Eucharist. disput. 6. quest. 8. punct. 4. Vers. Quomobrem. Diana, alios cumulas part. 3. tract. 6. ref. 95. Quae in Opere coordinato est tom. 2. tract. 2. resolut. 1. Novissimè Collegium Salmanticense tom. 10. de Sacrament. in genere tract. 4. cap. 8. num. 4. & Magistrus in 4. Sentent. disp. 1. num. 370. Alii è contra volunt à solo Praepcepto Ecclesiastico hanc obligationem communicandi in articulo mortis provenire; quia nulla invenitur lex Divina, quae praecipiat hanc Communionem in articulo mortis sub peccato. Eminentiss. Cardin. de Lauræa in 4. sent. tom. 1. disp. 25. de Necess. Euchar. num. 38. Ergo quò ad tempus mortis obligatio communicandi provenit à Praepcepto Ecclesiastico, quandoquidem sic semper Ecclesia praecipit, ut habetur in variis Conciliis, & Decretis Pontificis relatis in capit. de his verb. 26. q. 6. cap. Penitentes. dist. 50. cap. Super eo. de Hereticis in 6. Ita tenent Cajetan. in Summa. Verb. Communio Sacramentalis. At illa eodem Verb. n. 4. Sylvestre Verb. Eucharistia 3. Ledelm. 1. part. 4. quest. 21. art. 11. dub. 2. & alii. Ceterum Eminentiss. Cardinalis de Lauræa in cit. tom. 1. disp. 25. de Eucharist. à n. 25. & seqq. concordat hanc discrepantiam Theologorum, dicens: obligationem sumendi Sacram Eucharistiam procedere quidem à Praepcepto Divino, quod cum sit affirmativum, & non obliget semper, & ad semper; ideo circa tempus communicandi attenditur determinatio Ecclesiae, cui Christus Dominus reliquit facultatem praescribendi tempus; ipse enim noluit legem expressam, circa tempus sumendi Corpus, & Sanguinem suum

suum promulgare; & sicut eadem Ecclesia diversis temporibus definitivè fixit tempora pro fidelibus sanis sumendi Sacram Eucharistiam, ita posuit sub Praepcepto tempus, in quo imminet periculum mortis, ut observat idem Eminentiss. Cardin. de Lauræa diu. disput. 25. numer. 37. à quo non dissentit Diana, & DD. ab eo allegati part. 9. tract. 9. resolut. 47. Quae collocata est in Opere Coordinato tom. 2. tract. 2. resolut. 70. ubi plures DD. tenent Sacram Viaticum non esse de necessitate mediè, seu necessarium simpliciter ad salutem, cum quibus concordat Glossa in cap. Quod in re. 11. Verb. concedimus. de Penit. & Remiss. Et Caramuel in Theolog. Fundament. num. 2004.

5 Tertium Praemissum. Tanta semper extitit Ecclesiae sollicitudo, ne à fidelibus in articulo mortis Sacrae Eucharistiae susceptio omitteretur, ut primitivis temporibus, crassante perfectione, concederet iidem fidelibus Sacram Hostiam apud se detinentem, ad hoc, ut mortis casus si accideret, eam assumendam praestò haberent. Pax Jordan. lib. 3. tit. 3. n. 5. Eminentiss. Card. Baronius ad annum 57. à n. 149. & ibi Spondan. n. 44. Calasius de sacris Ritibus par. 2. cap. 13. Pignatellus tom. 6. consulti. 41. n. 43. Barbosa de Parocho cap. 20. n. 12. quod etiam notat Macer in Hierolex. diu. Verb. Viaticum; subdens, fuisse concessam etiam Monachis in deserto degentibus; quod fuit postea prohibitum sub Hormilda Papa (qui anno 514. ad Sedem Pontificalem ascendit) in Ecclesia Occidentali; at in Orientali diutius id duravit. Sed etiam laicis notaè probitatis permittebatur Sacra Eucharistia detentio, & in itinere deductio, ob aliquod mortis periculum, in quo statim se communicarent, teste S. Ambrosio de fratre suo Satyrico; & S. Gregorio Magno de S. Maximo Syracusano Episcopo, qui narrat Macer diu. Verb. Viaticum. ad hunc eundem effectum communicandi pro Viatico infirmos: reddita pace Ecclesiae, ceptum fuit conservare Hostias consecratas in Altari. cap. Presbyter. 93. de Consecrat. dist. 2. olim namque fideles in sanitate communicabantur à Sacerdote in Missa; at extra Missam tantummodò infirmi, ut docet probat Joan. Mabillon. de Liturgia Gallicana lib. 1. cap. 9. ubi num. 14. demonstrat antiquorum Patrum testimonium, in Columbus aureis, vel argenteis, eos consuevisse servare Sacratissimam Eucharistiam pro Communione infirmorum. Hinc, licet à primordio Ecclesiae ad dignè Communicandum esset necessarium jejunium naturale, ut ostendit S. Augustinus. Epist. 118. cap. 6. ad Januar. & ut fideles accederent ad Sacram Mensam, Virgine adhuc Salva, ut ait Tertullianus de Jejun. cap. 6. quod habetur in Canon. Liquido, 154. de Consecrat. distinct. 2. cap. Sacramenta 59. de Consecrat. distinct. 1. cap. Nihil, 7. quest. 1. cap. Ex parte. de celebrat. Missar. quod diximus supra in primo Casu Mensis Januarii hujus anni, & probat S. Thom. 3. part. q. 80. art. 8. attamen Pia Mater Ecclesia nobis patriam rediit, ut in fortitudine hujus Cibi ad Montem, qui Christus est, pervenire valeamus, Sacrum hoc Corpus, ac caeleste Viaticum (ne casus aliquis opportunum subsidium Christianis militibus, extremis horis cum Dæmone conflictibus, aliquando praeripere possit) non jejunis etiam exhiberi mandavit, ut passim testantur DD. & pluribus SS. Concilio-rum Decretis probat Eminentiss. Cardin. Brancatius in erudito Opusculo de Sacro Viatico à pag. 146. & seqq. P. Quartus in Rubr. Missal. part. 3. tit. 9. sect. 1. dubio 6. Et Eminentiss. Cardin. de Lugo de Eucharist. disp. 15. num. 58. ubi prudenter advertit, licentiam communicandi in articulo mortis infirmos non jejunos maxime probari consuetudine, quae ubique servatur ab immemorabili tempore; & in facto nullum reperio Canonem de Communicandis infirmis non jejunis expressè loquentem praeter Concil.

Constantiense sess. 13. ubi potius consuetudo Ecclesiae refertur, dum dicitur: Sacrorum Canonum auctoritas, & approbata Consuetudo Ecclesiae servavit, & servat, non posse recipi à non jejunis, nisi in casu infirmitatis, aut alterius necessitatis à Jure, vel à Ecclesia concessio, vel admisso. Et praeter Rubricam Rituali Romani de Communione infirmorum; ibi: Potest quidem Viaticum brevi morituris dari non jejunis; quae quidem Rubrica, tanquam approbata à Summo Pontifice Paulo V. habet vim legis. Gratian. discept. 9 forens. capit. 151. numer. 7. Loter. lib. 1. quest. 16. num. 123. & Sperell. decif. 179. num. 23.

His ita praenotatis, ac praemissis, resolvendo Casum propositum, intra quot dierum spatium possit iterum dari Sacrum Viaticum Moniali non jejunæ, perduranti in periculo mortis; variae circa ipsum leguntur Moralistarum, & Doctorum opiniones. Alii enim requirunt spatium triginta dierum. Ita Navarrus Consultat. 41. lib. 5. de Penitent. & Remiss. 10 Alii octo, vel decem dierum; Ut Suarez, Henricquez, & alii apud Dianam Veterem part. 2. tract. 14. resolut. 77. quae in Coordinato est tom. 2. tract. 14. resolut. 85. Alii dierum sex. Possivin. de Off. Curati cap. 8. num. 27. Jordan. tom. 1. lib. 3. tit. 3. num. 28. Trium autem dierum intercapedinem requirit Diana, itaut si infirmus non jejunus fuit communicatus ob periculum mortis feria secunda, durante eodem periculo possit iterum communicari feria quinta non jejunus (est quòd jejunus non possit Sacram Communionem recipere; quia si posset ante cibum Communicari jejunus, cessaret disputatio) Ita Diana p. 9. tract. 9. resolut. 48. alias 47. quae in Coordinato est à tom. 2. tract. 2. resolut. 87. Fundatur Diana in illis verbis Rituali Romani de Com. Infr. Si aeger sumpto Viatico, dies aliquot vixerit, vel periculum mortis evaserit, & communicare voluerit, ejus pio desiderio Parochus non desit. Nam pluralis loquutio duorum numero est contenta. cap. Pluralis, 40. de Regul. Jur. in 6. Glossa in cap. Is cui, §. 1. de Proben. eod. lib. Diana in cap. Is cui, §. 1. de Proben. eod. lib. Diana inquit Volpi Verb. Eucharistia resolut. 59. n. 12.

Nihilominus plurimorum Doctorum infra citandorum Sententia piissima tenet, quòd altera die à Sacro Viatico per non jejunum infirmum recepto, si duret idem mortis periculum, possit idem infirmus Sanctissimam Eucharistiam, quamvis non valeat servare jejunium ante Communionem, recipere; & sic quòd liceat Parocho etiam quotidie infirmum praedictum non jejunum per Viaticum communicare; talis enim praesumitur mens Sanctae Matris Ecclesiae, quae sciens de hora in horam à Medicis demandari remedia sumenda pro viribus corporis reformandis, noluit hac de causa filios suos, adhuc in periculo mortis exstantes, privati excellenti subsidio Communionis Sacrae, ad pugnandum cum hoste maligno; & ad arripendum tutò iter aeternitatis, ut ostendit in verbis praeripit pro Communicando infirmo per Viaticum; scilicet: Accipe Viaticum Corporis Domini Nostri Jesu Christi, qui te custodiat ab hoste maligno, & perducatur in vitam aeternam; quae verba non sunt omittenda à Sacerdote, Communionem per Viaticum praebente, quia valde sunt proficua ex opere operantis, tanquam ab Ecclesia ordinata, movente, & docente illam Spiritu sancto, ut ex Tamburin. de Sacrif. Missae, & ex Quarto in 12 Quest. Praemiali sess. 5. observat Eminent. Cardin. Brancatius in cit. Opusculo de Sacro Viatico pag. 156. ubi tuetur supra dictam opinionem communicandi etiam quotidie infirmum non jejunum in articulo mortis; non solum rationibus, sed exemplo R. P. Joannis Everardi Nithardi, (postea Generalis Societatis Jesu) qui Regi Hispaniarum Philippo IV. diu in periculo mortis versanti, & jejunium non valenti servare, quotidie Sacrum Viaticum Regiae illi Personae, devotissime poscenti, & recipienti, licet non

non jejunæ ministrabat. Igitur hanc opinionem Eminentiſſi. Cardin. Brancatii in d. Opusculo de Sacro Viatico, amplectuntur Eminentiſſi. Cardin. de Lugo de Sacramento. Eucharist. diſp. 16. numer. 42. Layman lib. 5. traç. 4. cap. 6. num. 20. Castropalaus tom. 4. traç. 21. diſp. unica punct. 13. num. 14. Hurtadus, Baumius, Leander, Escobar, Bassus, & Serra, quos citat Diana diſt. part. 9. traç. 9. resolu. 48. num. 1. Quibus adherent Quintanadiven. in Theolog. Morali tom. 1. traç. 4. ſingul. 14. n. 5. Tamburin. in Metodo Exped. Com. cap. 5. f. 11. num. 24. & Gobat. (qui etiam allegat Decastilum) traç. 4. à num. 315. & ſeqq. de Eucharist. & noviffimè Philippinus de Privileg. Ignor. tom. 2. Append. ad cap. 23. Privileg. 1.

Neque ſubiſtitit fundamentum, in quo pedem fixit Diana, idell, Verba illa Ritualis Romani. Si æger ſumpto Viatico dies aliquot vixerit &c. quorum verborum vi, duos, vel tres dies cenſuit eſſe expectandos: Nam Emin. Card. Brancatius in d. Opusculo pag. 158. reſpondet Rubricam illam eſſe directivam, non præceptivam, & ſic non obligare ad expectandum tranſitum duorum, vel trium dierum, ut iterum æger in periculo mortis perfeverans non jejunus communicetur. Ultra quam reſponſionem, ſalvo ſemper obſequio debito eminentiſſi doctrine ejuſdem Eminentiſſimi Auctoris, mihi videtur dicendum, Verba illius Rubricæ non obſtare; quia loquuntur de Communione danda ægro jejunio; & ſic non tangunt caſum noſtrum. Quod autem hoc fit verum, conſtat conſideranti eandem Rubricam, quæ hortatur Parochos, ut ſint diligentes in communicandis infirmis, utique jejunis; nam de non jejunis paulò inferius loquitur. Itaque vult rubrica, quòd Parochi dent Euchariftiam per modum Viatici ægris, cùm probable eſt, quòd eam amplius ſumere non poſſint, idell cum illis Verbis Accipe Viaticum &c. tanquam proficius, & majorem devotionem excitantibus, ut diximus ſupra. At ſupponit Rubrica, eodem infirmos poſſe ante cibum jejunos communicari; & idè ſequitur, quòd ſi infirmi vixerint per aliquot dies, vel periculum mortis evaſerint, & pro devotione cupiant iterum jejunum communionem, Parochi non recuſent, eam illis deſerre; ſcilicet ſervato jejunio; aliàs ſequeretur abſurdum, quòd etiam extra periculum mortis poſſent non jejunum communicari. Igitur non obſtant illa Verba per aliquot dies, quia concernunt communionem faciendam quidem ab infirmo, per modum Viatici, & in periculo mortis, ſed valente ſervare jejunium; reiterandam etiam poſt aliquot dies, ſi vixerit, vel ſi periculum evaſerit, ſervato ſemper jejunio. De non jejunio autem Communicando loquitur Rubrica in verbis iſtis ſequentibus: Poſſe quidem Viaticum brevi morituris dari non jejunis; quibus, licet non jejunis, durante eodem periculo imminentis mortis, ſi ita exigat eorum pietas, & devotio, poſſe pluries, & per ſingulos dies Sacrum Viaticum miniſtrari, ſi ſatis ſoluto propoſiti caſus de Mortali in eodem periculo diu perdurante.

DECISIONIS XX.

Ad Aprilis caſum Prudentialem.

ARGUMENTUM.

Querit, & decidit, an melius ſit communicare fideles aditantes Miſſæ, ea completa? an ſtatim poſt Communionem Sacerdotis.

SUMMARIUM.

1 Fideles olim communicabantur in Miſſa ſtatim poſt Communionem Sacerdotis.

- 2 Communionem in Miſſa danda eſt populo ſtatim poſt Sacerdotis Communionem.
- 3 Conſratrum ſpiritualium mos communicandi in Miſſa.
- 4 Diſſis Quandoque ſignificat aliquando, non paſſim; ſed ut minus.
- 5 Communionem quibus in caſibus danda populo, non in Miſſa, ſed extra.

CASUS PRUDENTIALIS.

An melius ſit Laicos Communicari à Sacerdote celebrante ſtatim poſt ejus Communionem; an tota Miſſa completa.

Sciendum pro reſponſione, quòd de Jure antiquo fideles recipiebant Sacram Communionem in Miſſa, ſtatim ac celebrans ſeipſum communicaverat; quod cenſetur habuiſſe originem à Sanctis Apoſtoliſ; & idè ſuò iſtituta Antiphona illa in quacumque Miſſa, quæ vocatur Communionem, decantanda cum Pfalmis à Choro, donec adminiſtraretur Sanctiſſima Euchariftia fidelibus laicis, qui Miſſæ aſtabant; & cùm ceſſiſſet refrigerere fervor ille, qui vigeat in primis Eccleſiæ ſæculis, circa frequentem participationem Sacræ Synaxis in Miſſa, emanarunt decreta obligantia fideles aſtantes, ut communicarent, de quibus in cap. Omnes fideles 62. de Conſecr. diſt. 1. cap. Perabà 10. & cap. Tribus gradibus 23. de Conſecr. diſt. 2. Et de more prædicto antiquiſſimo communicandi fideles in Miſſa, ſtatim poſt Communionem celebrantis, concludentia teſtimonia SS. Patrum allegant Eminent. Cardin. Bona Rerum Liturgicar. lib. 2. cap. 17. Joan. Ciampinus de azyzo & Fermentatio cap. 12. & Joan. Mabillon. in Liturgia Gallicana lib. 1. cap. 9. numer. 26. ſubdens, quòd antiquitus, (ut notavimus ſupra) Ex aſſervata Euchariftia ſoli communicabant infirmi; non ſani; quibus vix unquam extra Miſſam Communionem à Sacerdote porrigebatur.

Noviſſimo autem jure, emanante ex Rubrica Ritualis Romani de Sacramento Euchariftiæ; datur celebrantibus Sacerdotibus præceptum circa Communionem aſtantium hiſ Verbis: Communionem autem populi intra Miſſam ſtatim poſt Communionem Sacerdotis celebrantis fieri debet niſi quandoque ex rationabili cauſa poſt Miſſam ſit faciendâ cùm Orationes, quæ in Miſſa poſt Communionem dicuntur, non ſolum ad Sacerdotes, ſed etiam ad alios communicantes ſpeſtent. Et hoc idem ordinatur in Rubricis Miſſalis De ritu ſervando in celebratione Miſſæ cap. 10. num. 6.

Hiſ ſtantibus, melius eſſe videtur communicare populum ſtatim poſt communionem Sacerdotis, more antiquo; ut ſentit Eminent. Card. Brancatius in cit. opuſc. De Sacro Viatico pag. 157. ubi ait: Damnandi noſtra ſententia videntur Sacerdotes illi, qui contra Ritualis præſcriptum, in titulo de Communionem, præbent abſque neceſſitate populo Sacramentum Euchariftiæ in fine Miſſæ; præviant enim fideles illis præcibus, quas poſt Communionem Eccleſia recitari jubet; quæque non ſolum ad celebrantem; ſed etiam ad ceteros communicantes aperit ſpeſtare noſcuntur. Et ſententiæ doctiſſimi hujus, ac Eminentiſſimi Doctoris, ac purpurati conſimilis eſt etiam opinio Macri in Hierolexic. Verb. Communionem, ita ſcribentis: Communionem ita appellatur Antiphona poſita in Miſſa, quæ canebatur in Choro, dum diſtribuebatur Euchariftia fidelibus, à D. Gregorio inſtituta. Gem. lib. 1. cap. 90. dicitur etiam Tranſitorium. Vide ſuo loco. Quare contra Rubricam abuſus invaluit Communionem poſt Miſſam, vel ante eam facere, nulla urgente neceſſitate.

Cæterum inſiciari nemo poteſt, quòd in Rituali Roma-

Romano datur Regula cum ſua exceptione. Regula eſt, ut populus communicetur intra Miſſam, ſtatim poſt communionem Sacerdotis; & ita ſervatur in Orationis plurium Conſratrum ſpiritualium, qui poſt exercitia devota audiunt Miſſam, & communicant in ipſa; & præcipue in Oratione SS. Hieronymi, & Philippi Neri hic Patavii, in quo ſingulis ſeſtivis diebus communicatur centum circiter Viri ſummæ pietatis, & devotionis; & idem faciunt non pauci Parochi in Villis, qui, auditis confeſſionibus ſuorum Parochianorum à ſummo mane uſque ad horam celebrandi Miſſam, in ea eodem communicant ſtatim poſt ſuam Communionem, præcipue in ſolemnioribus diebus.

At hæc regula habet ſuam exceptionem ab eodem Rituali Romano inſinuatam in illis Verbis: Niſi quandoque ex rationabili cauſa poſt Miſſam ſit faciendâ, ſcilicet Conſratrum populi. Verbum quandoque ſignificat aliquando, non paſſim; ſed ut minus. & per viam exceptionis à Regula ſtante in contrarium Menoch. conſil. 99. num. 157. Barboſ. diſt. 309. num. 1. Cauſa autem rationabilis reputatur, ſi plures audiant Miſſam, qui non ſunt communicaturi, & eos tædere poſſit longioris more reſultantis ex eadem Communionem populi, ut notat Quarant. in iſt. Rubr. part. 2. tit. 10. n. pariter 6. Quapropter non eſt anguſtiandum arbitrium Celebrantis, qui juxta locum, tempus, & conſenſum fidelium, pro ſua prudentia poterit vel diſſerre Communionem populi poſt Miſſam; vel eam intra Miſſam exequi, ſtatim poſt Communionem ſuam; reſtendendo tamen ad Rubricam Ritualis Romani, ſtudentis pro Regula, & ut plurimum, Communicandos eſſe fideles in Miſſa; ſed poſt Miſſam ut minus, & per viam exceptionis, aliqua rationabili cauſa concurrente. Idcirco ſi ſit dies deſtinatus ad generalem populi communionem, & major pars populi aſtans Miſſæ Parochiali parata ſit recipere Sacram Synaxim, melius eſt, & melius faciet celebrans, ſi ſtatim poſt ſuam Communionem communicaverit populum; quòd ſi talis dies non occurrat, & major populi pars non ſit communicatura, ſed finito Sacro ac ſua reverſura domos, poterit Sacerdos completa Miſſa communicare communicandos, nec ceteros, forſan advenas, vel ter agentes tædeat dilationis, expectantes Miſſæ complementum.

DECISIONIS XXI.

Ad Maji primum Quæſtum.

ARGUMENTUM.

Declarat quid ſit Tranſubſtantiatio, quæ ſit in conſecratione EUCHARISTIE? Docetur eſſe neceſſaria quatuor requiſita pro converſione unius ſubſtantie in alteram. Eaque Philoſophicis, & Theologicis terminis explicantur.

SUMMARIUM.

- 1 Tranſubſtantiatio in Conſecratione Euchariftiæ quid ſit?
- 2 Tranſubſtantiationis Euchariftiæ requiſita quatuor.
- 3 Tranſubſtantiatio diſſert à productione, ſeu creatione: & à deſtione, ſeu annihilatione.
- 4 Deſitio ſubſtantie panis, & vini ſit in Tranſubſtantiatione Euchariftiæ. Gem.
- 5 Lutheranæ Hereſis dicere ſolet impanationem in Euchariftiæ.
- 6 Connexio eſt inter deſtitionem ſubſtantie panis, & poſitionem Corporis Chriſti in Euchariftiæ. Et qualis?

- 7 Tranſubſtantiatio requirit aliquid commune inter terminum à quo, & terminum ad quem.
- 8 Panis, & Vinum tranſubſtantiantur in Euchariftiæ Synecategorematicè.

QUÆSITUM PRIMUM.

Quid ſit Tranſubſtantiatio, quæ ſit in conſecratione Euchariftiæ?

Dicunt ſunt: Tranſubſtantiationem Euchariftiæ eſſe tranſitum ſubſtantie Panis, & Vini in ſubſtantiam Corporis, & Sanguinis Domini noſtri JESU CHRISTI. Si quidem vi Verborum, quæ proferuntur in conſecratione Panis, & Calicis, ſit converſio totius ſubſtantie ejuſdem Panis, & Vini in Corpus, & Sanguinem CHRISTI: quæ converſio appellatur Tranſubſtantiatio à Concilio Roman. ſub Gregorio VII. & Nicolao III. à Lateranenſe ſub Innocentio III. à Cotantienſe ſeſſ. 8. & à Tridentino ſeſſ. 13. cap. 4. ibi: Sancta hæc Synodus declarat per conſecrationem Panis, & Vini converſionem fieri totius ſubſtantie Panis in ſubſtantiam Corporis CHRISTI Domini Noſtri; & totius ſubſtantie Vini in ſubſtantiam Sanguinis ejus; quæ converſio conſentienter, & propriè à Sancta Catholica Eccleſia Tranſubſtantiatio eſt appellata.

Porro ad majorem tanti Myſterii intelligentiam, ſciendum eſt quatuor eſſe requiſita neceſſaria converſionis unius ſubſtantie in alteram; quæ quidem omnia breviter recenſenda ſunt; ſiquidem omnia interveniunt in Euchariftiæ Tranſubſtantiatione.

Primum requiſitum eſt; ut converſio fit inter duos terminos poſitivos, quorum unus habeat rationem termini à quo; alter termini ad quem; quorum terminorum vigore converſio diſfert tum à productione, ſeu creatione: tum à deſtione, ſeu annihilatione. Nam in productione, & creatione reperitur terminus poſitivus, qui incipit, non tamen poſitivus, qui deſinit. Et à contra in deſtione, & annihilatione eſt terminus poſitivus, qui deſinit, non tamen alius, qui incipit. Hi duo termini interveniunt in Euchariftiæ Tranſubſtantiatione; quæ, ut diximus, eſt vera converſio ſubſtantie panis, & vini in ſubſtantiam Corporis, & Sanguinis Chriſti Domini; nam terminus à quo eſt deſitio ſubſtantie panis, & vini, terminus ad quem eſt inceptio ſubſtantie Corporis, & Sanguinis Domini. Hinc deſitio panis, & vini non poteſt dici annihilatio: quia panis, & vinum non deſiunt in purum nihil; ſed remanentibus accidentibus, ſubſtantia panis convertitur in Corpus Chriſti, & ſubſtantia vini in ejus Sanguinem. Similiter in Euchariftiæ Corpus Chriſti non poteſt dici productum, ſeu creatum, quia in ea incipit eſſe ob deſtitionem panis, juxta ordinem à Deo ſtatutum, ut ex vi deſitionis panis incipiat eſſe Corpus Chriſti ſub ejus accidentibus; & ut eum deſtione vini conjunctum ſit Sanguis Chriſti. Ita Maſtrius in 4. ſent. de Venerabili Euchariftiæ Sacramento diſp. 2. q. 12. à n. 275. & ſeqq. ubi n. 278. offendit poſſe deſtitionem panis, & vini in Euchariftiæ tranſubſtantiatione improprie vocari annihilationem, eò quia in ea terminus ad quem poteſt conſiderari dupliciter; Negativè, & eſt nihil ſui: Poſitivè, & eſt entitas, vel poſitio Corporis, & Sanguinis Chriſti ſub ſpeciebus panis, & vini. Ratione termini poſitivi panis, & vini annihilationem, & dici poteſt annihilatio. Ratione termini poſitivi panis, & vini in Corpus Chriſti, & vinum in Sanguinem, & dicitur Tranſubſtantiatio; quod etiam concedit Eminentiſſi. Cardin. de Lugo de Eucharift. diſp. 1. ſeç. 12.

Secundum Requiritum verè converſionis eſt, ut terminus à quo ſecundum eam rationem, quæ in aliud convertitur, deſinat eſſe; quod enim convertitur, tranſit in id, quod convertitur, & non fiet convertio;

verſio, ſi id, quod convertitur retineret ſuum eſſe, & non deſineret eſſe; numquam enim album diceretur in nigro converti, niſi deſineret eſſe album; quamvis cum Theologi, tum Philoſophi ſint diſcordes in deſinendo, an hæc deſinitio termini à quo debeat eſſe ſimpli- citer, vel ſecundum quid? ut videri po- teſt apud eundem Card. de Lugo diſp. 7. ſcđ. 1. n. 10. & Matrium in Phyſic. diſp. 11. q. 9. num. 141. & in 4. Sent. diſt. diſp. 3. num. 280. Quidquid ſit de hac formalitate deſinitionis, certum eſt, & de fide, in Euchariftica Tranſubſtantiatione deſinere omni- ò ſubſtantiam panis, & vini; & eſſe hæreſim Lu- theranam, impanationem appellatam, aſſerere, quod una cum Corpore, & Sanguine Chriſti in Eu- chariſtia ſit ſubſtantia panis, & vini; contra quam noviffime arguit P. Richard. Arſdekin in Theologia Tripartita tom. 1. trađ. 2. capit. 4.

Tertium Requiſitum eſt ad veram conversionem, ut inter deſinitionis termini à quo, & poſitionem ter- mini ad quem ſit aliqua connexio vel phyſica, vel ſaltem moralis; itaut una ex altera aliquo modo ſequatur; oportet enim quod res, quæ recedit, & de- ſinit, recedat, & deſinat ex vi introductionis, & in- ceptionis alterius; & e contra, quod res, quæ acce- dit, & incipit, accedat, & incipiat ex vi deſinitionis alterius. Hoc pariter habetur in Tranſubſtantiatione Euchariftica; in qua ideo ceſſat entitas panis, & vini ad prolationem Verborum conſecrationis, quia eorum virtute ſtatim incipit eſſe Corpus, & Sanguis Chriſti; ut docimus ſupra in Quæſtis menſis Aprilis.

Quartum denique requiſitum, ſecundum aliquos Theologos eſt quod ad veram conversionem detur aliquid commune utriusque termino à quo, & ad quem, quod idem perfeveret cum utroque; ut docet Emin. Card. de Lauræa de Euchariftia diſp. 20. art. 2. num. 26. ſecundum cujus opinionem in Euchariftica Tranſubſtantiatione accidentia panis, & vini videntur adimplere hoc requiſitum, cum in eadem ſuperficie perfeverent ſub utroque termino. At hoc neceſſarium non eſſe opinatur Maſtrius in 4. Sent. d. diſp. 3. n. 288. cum Gavatio, & Rada ibi allegatis; ſubdens; quia, etiamſi accidentia panis, & vini con- vertentur in Corpus, & Sanguinem Chriſti, eſſet vera converſio, & Tranſubſtantiatione.

Colligitur ex his, in Euchariftica Tranſubſtan- tiatione deſtrui totum panem, & totum vinum, non ſolum quoad materiam, & formam, ſed etiam quo ad exiſtentiam, & ſubſiſtentiam, & ſubinde totum panem, & totum vinum ſyncategorematicè, ideſt ſecundum omnes ſuas partes, tranſubſtantiarì, & con- verti in Corpus, & Sanguinem Chriſti. cap. Firmi- ter. §. Una verò. De Summa Trinitatis. cap. Quia cor- pus 135. De Conſecr. diſt. 2. & cap. Panis 155. ead. Concil. Trid. d. ſeſſ. 13. De Sacroſancto Euchariftie Sacramento, can. 2. & can. 3. Utrum autem Tranſubſtantiatione dicenda ſit Productiva, vel Conſervati- va, vel Adductiva, ſeu per quam actionem ipſa fiat, non levis eſt controverſia apud Scholaſticos, de qua diſputant S. Bonaventur. Bellarm. Vaſquez, Becca- nus, & alii apud Maſtrium diſt. diſp. 3. art. 2. & Emin. Card. de Lauræa diſt. diſp. 20. art. 7. & art. 8. ad quos ſtudioſi recurrant.

DECISIONIS XXII.

Ad Maji Quæſitum ſecundum.

ARGUMENTUM.

Querit, & reſolvit, an in EUCHARISTIA ſi- mul cum Chriſto ſit Pater, Verbum, & Spiritus Sanctus.

SUMMARIUM.

- 1 Trinitatis perſone ſunt omnes in re creata per eſſentiam, præſentiam, & potentiam.
2 Corpus, & Sanguis Chriſti continentur ſub utra- que ſpecie, aut vi verborum, aut per concomi- tantiam.
3 Pater, & Spiritus Sanctus quomodo ſint in Eucha- riſtia?
4 Pater, & Spiritus Sanctus non ſuſſopſtant huma- nitatem Chriſti.
5 Verbum Divinum eſt in Euchariftia per imme- diatam concomitantiam ob unionem hypoſtati- cam cum Chriſti humanitate. Pater, & Spiritus Sanctus per concomitantiam mediatam.
6 Panis non poteſt tranſubſtantiarì in Divinas Per- ſonas.

QUÆSITUM SECUNDUM.

An cum Chriſto in Euchariftia ſit etiam Pater, Verbum, & Spiritus Sanctus?

Idem fuit. Primo, eſſe de fide, quod omnes Tres Perſone Sanctiffimæ Trinitatis, Pater, Verbum, & Spiritus Sanctus reperiuntur in omni re creata, ſive materiali, ſive ſpiritali per eſſentiam, præſentiam, & potentiam; juxta illud Jer. 23. Cæ- lum, & Terram ego impleo, dicit Dominus & Act. 17. Non longè eſt ab unoquoque noſtrum. In ipſo enim vivimus, & movemur, & ſumus. Hoc enim eſt proprium ſuæ immenſitatis, de qua S. Auguſtini- nus lib. 5. de Trinitate cap. 1. Deus ubique eſt, ſine ullo ſui præſent, ſine habitu omnia continens, ſine loco ubique totus. Et quidem non circumſcriptivè, neque deſinitivè, ſed alio perfectiori modo, licet inexplicabili. Abelly p. 1. trađ. 2. cap. 2. ſeſſ. 6. Secundo, pariter de fide eſſe quod omnia, quæ pertinent ad Chriſti conſtitutionem, & integri- tatem; nimirum Corpus, Sanguis, Anima, Divi- nitas, & ſubſiſtentia, ideſt Perſona Verbi Divini, verè, & realiter continentur ſub utraque ſpecie Pa- nis, & Vini; vel vi verborum, vel ob concomi- tantiam, ideſt naturalè connexionem, quam inter ſe habent; ut declaravit Concil. Trident. ſeſſ. 13. cap. 3. adeo ut vi verborum Corpus continetur ſub ſpeciebus panis; & Sanguis ſub ſpeciebus vini, cæ- tera verò ſub utraque ſpecie per concomitantiam. Gonet. tom. 5. trađ. 4. De Eucharift. diſp. 6. art. 1. Tertio, eſſe comunem omnium Theologorum ſen- tentiam, quod Pater, & Spiritus Sanctus ſunt in Eu- chariſtia non ſolum prætrahitur immenſitatis, & per Dei illapſum in omnia creata; ſed etiam alio quodam ſpeciali modo, tum quia ſibi aſſiſtant cum Fi- lio ad operandos effectus mirabiles gratiæ, tum etiam quia Pater, & Spiritus Sanctus exiſtunt in Filio ſpecialiter propter Divinarum Perſonarum inſeparabi- litatem, & mutam unionem alteram exiſtentiam; quæ quæ Græci τριπλοποιον appellant, Latini verò Circumceſſionem. Gonet. diſt. art. 1. num. 17. Suarez De Euchariftia q. 75. diſp. 51. ſcđ. 6. art. 1.

His præmiſſis pro caſu reſolutione, alii reſponde- runt Patrem, & Spiritum Sanctum unà cum Ver- bo per concomitantiam eſſe in Euchariftia, jux- ta opinionem Bonaciniæ Tom. 1. de Sacramentis diſp. 4. q. 3. punđ. 5. propoſ. 4. num. 16. Eminent. Card. de Lugo De Sacramento Euchar. diſp. 8. num. 123. ubi hæc verba: Reſtat difficultas, an Pater, & Spiritus Sanctus ſint etiam in hoc Sacramento? In quo, licet aliqui nimis formidaverint, dicentes ſolum Chriſtum eſſe in hoc Sacramento; non tamen videtur dubitandum, quin etiam alia Perſone aſſint; non ſolum in aliis rebuſ, ſed etiam in ſubſtantia panis, ſed etiam in ſubſtantia vini propter con- junctionem cum Verbo; nam ſicut unio anime cum

cor-

CASUS PRIMUS.

corpore ſufficit; ut, poſto Corpore Chriſti, ponatur etiam anima per concomitantiam; cur etiam non di- cimus, adeſſe per concomitantiam perſonam Patris, Spiritus Sancti, cum adſit Divinitas, qua cum illis non ſolum unitur, ſed realiter identiſcatur.

Nihilominus alii negarunt cum Alvarezto, Le- deſma, Nugno, Serta, & aliis Thomiſtis, quos citat, & ſequitur Gonet. d. tom. 5. De Eucharift. trađ. 4. diſp. 7. art. 1. num. 16. & 17. ubi concedit quidem, Patrem, & Spiritum Sanctum eſſe præ- ſentes in Euchariftia tum ratione immenſitatis divi- ni, tum ſpecialibus modis ſupradictis, præcipue ob inſeparabilitatem Divinarum Perſonarum cum Ver- bo; ſed contendit, ex illa ſpeciali præſentia non poſſe inferri ad concomitantiam Sacramentalem; ea ratione, quia, ad hoc ut aliquid ſit in hoc Sacra- mento per concomitantiam, requiritur, ut in unitate ſuſſopſiti unitur cum humanitate Chriſti, & ideo cum Pater, & Spiritus Sanctus non ſuſſopſent hu- manitatem Chriſti, neque unitur unitate ſuſſopſiti ejus Corpori, & Sanguini, non continentur in Eu- chariſtia per concomitantiam Sacramentalem; pro- ut continentur Verbum, quod hypoſtaticè eſt unum cum Corpore, & Anima Chriſti. Hinc eſt, quod cum Euchariftia ſit etiam ſacrificium, dicimus in altari offerri, & ſacrificari Filium Dei, non autem Patrem, & Spiritum Sanctum.

Videntur tamen concordandæ hæc opinioniones, quæ diſcrepant in ſolo modo loquendi, ſi dicamus, Ver- bum Divinum eſſe per concomitantiam immediatam in Euchariftia ob unionem hypoſtaticam cum Chri- ſti humanitate; At Patrem, & Spiritum Sanctum per concomitantiam mediatam, quatenus ſcilicet ſunt uniti, & conſubſtantiales ipſi Verbo; ut diſtinguit Gabriel in Canone leđ. 42. propoſ. ſecunda, Suarez De Euchar. diſt. q. 75. diſp. 51. ſcđ. 6. art. 1. Verſ. Quarto, & ultimo, & Leſſus in Opere poſthum. in 3. part. q. 76. art. 2. num. 3.

Verum an Panis poſſit tranſubſtantiarì in Deita- tem, & ſic in Divinas Perſonas, ut tranſubſtan- tiatur in Corpus Chriſti? Diſputat Gandavenſis Quodlibeto 11. queſt. 4. & Zuccolus Camaldulen- ſis præſolvunt quæſtionem negativè ex pluribus; ſed principiè, quia id, quod eſt finitum non poteſt tranſubſtantiarì in id, quod eſt infinitum.

DECISIONIS- XXIII.

Ad Maji primum Caſum.

ARGUMENTUM.

Continet, an Parochus teneatur communicare vul- neratum vulnerè mortali, qui pridie communi- catione fuerat. Item alium, qui eodem mane ſacram- munionem receperat. Referunt contrariæ DD. opinioniones, & conciliantur.

SUMMARIUM.

- 1 Euchariftia toties miniſtranda potentibus, quoties illam rationaliter, & devotè petunt.
2 Viaticum eſt dandum exiſtenti in periculo mortis, qui pridie ſanus communicaverat.
3 Præcepto non ſatisfacit, agent quod eſt in præ- cepto ante tempus poſitum in præcepto.
4 Audiens Miſſam die feſto ignorans eſſe diem fe- ſtum; an ſatisfaciat præcepto?
5 Communicare non licet bis eodem die.
6 Communicandus eſt per Viaticum moribundus, li- cèt ſanus eodem die communicaveſſet.
7 Communicandus eſt per Viaticum eodem die inſu- mus, qui mane communicavit?

De Sacramento Euchariftiæ.

Igneis globulis duo mortaliter feriuntur: quorum unus eodem die, alter priſtina communicaverat. Queritur an Parochus debeat ſtatim utriusque Communionem deſerre?

Cum duo ſint vulnerati, qui proponuntur in ca- ſu, eſt ambo mortaliter; unus autem illa die receperit ex devotione Sanctiffimam Communionem; alter verò die præcedenti, pro reſolutione opus eſt loqui priùs de uno, poſtea de altero.

Quò ad vulneratum, & communicationem anteceden- ti die, vel quærimus, an Parochus licitè poſſit Sacram Euchariftiam ei dare; vel etiam an teneatur; itaut ſi ipſe Parochus omittat abſque legitimo impedimento eundem vulneratum communicare, pec- cèt mortaliter? Circa primam partem quæſiti, ad- huc ſubſtignendum; vel ipſe vulneratus nondum cibum accepit & eſt jejunus, & abſque dubio Pa- rochus poterit ei ſacram communionem præbere, ſi plagatus ſit diſpoſitus, prævia ſacramentali confeſ- ſione, aut reconciliatione, reverenter illam ſuſci- pere; ſiquidem toties eſt adminiſtranda potentibus, quoties illam devotè, & rationabiliter petunt; Na- var. in cap. Placuit, num. 152. de Penit. diſt. 6. Bonacina de Sacram. diſp. 4. queſt. 5. punđ. 1. n. 15. Barboſa de Parocho cap. 20. num. 15. Aut vulnera- tus non eſt jejunus, & vulnus non ſolum eſt mortale, ſed dubitare facit proximam eſſe mortem, itaut mor- taliter judicandum, expectari non poſſit ſequens dies; & in hoc caſu non ſolum Parochus poterit illum com- municare per Viaticum, Summa Verbo. Commu- nio n. 49. Barboſa d. cap. 20. n. 37. Bonacina d. diſp. 4. de Euchariftia queſt. 6. punđ. 2. n. 21. fed etiam tenebitur, & erit obligatus ad illum commu- nicandum, ut ſatisfaciat præcepto divino de Com- munionem recipienda in periculo mortis; licet enim controvertant Theologi, & Moralitæ, utrum huic præcepto ſatisfaciam ſit per communionem receptam paulò ante quàm homo incurrit in periculum mor- tis? ut diſputat Vaſquez de Euchar. diſp. 214. cap. 2. Henriquez eod. trađ. lib. 8. cap. 4. lit. P. & Emin. Card. de Lugo de Sacram. Euchar. diſp. 16. à n. 36. & ſeqq. Diana part. 3. trađ. 4. reſ. 40. & par. 5. trađ. 3. reſol. 41. quæ reſident in Opere Coordinato tom. 2. trađ. 2. reſol. 71. & 72. qui omnes, cum aliis per eos citatis, tenent; per communionem paulò ante periculum mortis factam ſatisfaciam eſſe præ- cepto de ſumendo Viatico; Nihilominus ſecurior vi- detur opinio contraria, ea ratione, quia nemo poteſt ſatisfacere præcepto faciens id, quod præceptum eſt, ante tempus poſitum in præcepto, ut patet in illo, qui jejunaret ante diem vigiliæ, vel audiret Miſſam ante diem feſtium, vel recitaret Officium Divinum pridie quàm acciperet ordinem Subdiaconatus. Tur- rianus in Summa part. 2. cap. 58. dub. 2. num. 3. Ochagavia de Euchar. queſt. 14. n. 7. Diana part. 5. trađ. 3. reſol. 33. reſpoſita in Coord. d. tom. 2. trađ. 2. reſol. 74. n. 2. Leander de Euchar. trađ. 7. diſp. 2. queſt. 6. & alii quos allegat & ſequitur Compilator. Colleg. Salmanticens. tom. 10. de Sacram. trađ. 4. cap. 8. num. 7. & 8. ubi reſpondet argumentis con- trariis. Et hæc noſtram opinionem amplectitur etiam Emin. Card. de Lauræa de Euchar. d. diſp. 25. n. 50. ubi rationem reddens, ita ſcribit: Quod præcipitur in aliquo tempore implendum ex circumſtantia aliqua, im- pletur non poteſt in alio tempore; ſi enim præcipitur je- junium pro die Veneris, non implet præceptum, qui jejunat die Jovis.

Quò verò ad alium vulneratum mortaliter, qui eadem die communicaverat, majus dubium videtur eſſe, nam in eo non militat ſupradicta ratio; & cum communionem ſacram receperit die illo, cenſetur ſatisfeciffe præcepto de ſumendo Viatico pro periculo mortis, eſt non habuerit intentionem ſatisfaciendi huic

E huic